

A Ignovus ille Deus est, cujus occasione D. Paulus Atheniensibus Christum predicare cepit. Paulinas certe in Atticis aratum etiam suo tempore Ignovus diis extuctarum meminit.

Amburbialis, victima erat, cum propter dira prodigia (ut si bubo, vel lupus cellam Jovis, vel Capitolium intrasset) tede aut victimam, sulphuris, & aque lustratione, urbs aut Capitolium purgaretur. Alex. lib. 5. c. 26.

Gallis lustrandi urbem usus erat, ut hominem prioribus cibis anno faginant, ac festo die urbe tota circumductum, extra pomerium educerent, eumque mox lapidibus obruerent. Alex. lib. 5. c. 26.

Equetris ordinis Romana juvenus omnibus annis bis urbem spectaculo sui celebrabat, die Lupercalium, & equitum probatione. Lupercalium enim mos a Romulo, & Remo inchoatus est tunc, cum letitia exultantes, quod his avus Numinor rex Albanorum, cuo loco ubi educati erant, urbem condere permisisset, sub monte Palatino (hortatu Faustuli educatoris sui) quem Euander Argivus consecraverat; facto sacrificio, castique capris, epularum hilaritate ac vino largiore provecti, divisi pastoralis turba, cincti omnes pelibus immolarum hostiarum, jocantes, obvios petiverunt: cujus hilaritatis memoria annuo circui Feriarum reperitur. Trabeatos vero equites Idibus Julii Q. Fabius transehi instituit. Valer. Max. lib. 2. c. 1.

Conicionis purgande.

Moris fuit Atheniensibus macrare porculum, & subellia conicionis sanguine illius imbueri, in honorem Cereris, qua fruges ejus ladit, inquit commentator Acharmentium. Unde Aichines dixit: Postquam piaculum circumlatum erit, & praeo patria vota fecerit, tum jubet lex ad populatum agi. Immolans vero ad expianda loca porculum, & ad expianda loca: Aichines contra Timarchum & ad expianda loca: Qui expiabat, & ad expianda loca: Caelio Periliarchus. Lex autem, ut inquit Dinarchus apud Demostenem contra Timocratem, praeconeum cum bona ominatione precari jubet, ut populo de rebus à diis consilium traderetur. Cum votis porro exeratione quoque conjuncta fuit, ut ex oratione Demosthenis de Ementia legatione colligitur: Recita exerationem, inquit, ex lege exeratione. Hec pro vobis Athenienses in finibus concionibus praeco precatur, quae constituta lege sunt. Videtur autem exeratione hujus sententiae fuisse, quantum ex iis, quae apud eum sequuntur, verbis elicitur, ut qui contra Remp. sensisset, dixisset, ipse cum gente, domoque sua à diis everteretur. Sigon. lib. 2. de Rep. Athen. & Calini. l. 27. cap. 17.

Curias & populum purgari accepimus, cum exceptum ex bovis utero vitulum comburerent, & ex illius cinere, addito equo sanguine & fabarum stipulis, suffimen facerent. Alex. l. 5. c. 26.

Agrorum.

Cum in Axanata Phrygia summa fames ob agrorum sterilitatem oborta esset, pastoreque rem diuinam frustra facerent Euphorbus quidam novum sacrificii genus excogitavit, & vulpem & echinum immolavit. Qua bestia placatis diis, agros fertaces esse cepisse, scribit Hermogenes, citante Stephano.

Canarium in antiquis libris dicitur augurium, cui agendo constituerentur dies, priusquam frumenta vaginis exirent, & antequam in vaginis pervenirent, à cane ducto vocabulo. Si quidem rutila canes, id est, non procul à rubro colore immolabantur, ut ait Attejus Capito, canario sacrificio pro frugibus, deprecandae sevitiae causa syderis Caniculae. Legimus in Graecorum monumentis, exurente quandoque Cycladas insulas cane, atque inde sterilitate multa ac siccitate confecta, qui in Ceo habitabant, ex oraculo Aristaeum Apollinis & Cyrenes filium accersiverunt. Advenit, ex Arcadia secum quibusdam ductis, templumque erexit Jovi, quem vocavit Icaemum, quasi pluvium dicas. Canem quoque rebus divinis operatus placavit, Cuique legem insinuit, singulis annis ejusdem ferventem extortum cum armis, ac eidem rem obirent diuinam. Calini lib. 17. c. 27. A. L.

Amburvale facrum nisi de porca secunda & gravida, aut vitula, fieri non consuevit, cum arva & fegetes solemini victimam lustrantur. Eam victimam maris frugibus ter circum arva ducere convenit, omnesque post eam clamantes sequi: ex quibus unus querna ornatus fronte, cum solemini saltatu, composito carmine Cereri decantabat laudes: ac postquam lacte, vino & fivo libabant, antequam fruges meterent, porcam Cereri immolabant quae Praedanea dicta est. Alex. l. 3. c. 12.

Apud Romanos, agna coronata, messis, ager, fundus, terra, Egrex vel pecus ter circumlustrabatur, prolequente aegritum turba cum fistula; solemnique plauti & clamoribus, deum deamque cui sacra fiebant, invocante, uti morbos, calamitates & omnem intemperiem prohiberent; fructum agrorum, pastores, pecoraeque servarent. Si ager lustrandus foret, Junoni & Jano vino libabant prius: mox Martem patrem, ut sciens volensque propitiis adesset, invocabant. Alexand. lib. 5. cap. 26.

Pecudum lustrandarum.

Quando oves lustrabantur, pastor summo diluculo aqua illas inpergebat & sulphure, herbaque sabina & lauro igne succento, circa ovilia fumigabat: cumque sacro carmine, milio & libo, cum lacte & fapa Palladi facta faciebatur: quo suffitu pecora expiari, & morbos depelli, ac diras tabes exterminari putabant. Alex. lib. 5. c. 26.

Insula expianda.

Anno sexto Peloponnesiaci belli Delus insula ab Atheniensibus expiata. Expiationis ratio talis inquit, ut cadavera ex tota insula resoluta, in Rheniam sint asportata; constitutumque ut jam inde nemo ibi nasceretur moreturve, sed ut quae nixu laborare cepissent, ac quoquo modo petiit, in eam insulam deportarentur. Est Rhenia adeo Delo propinqua, ut Polykrates Samiorum tyrannus utramque alteri catena aliquando junxerit. Manfit in Delo lustrale sacrum, quod Athenienses cum circumjectis insulis quinto quoque anno deinceps celebrantur. Sab. lib. 6. c. 23.

Exercituum lustrandi.

Macedonibus inter divinum hostiam, priorem ad dexteram, posteriorem ad laevam via, aut didicisse canis viscera, amatas copias, & exercitum traducere, instructo paratoque milite praecedere & simulacrum pugnae edere, cumque cohorte regia & omni belli apparatu arma ab ultima origine regum proferte, & sacrum piaculari facere, lustrandi mos fuit. Alex. lib. 5. c. 26. & Sab. lib. 7. En. 5.

Apud Rom. lustrari exercitum nisi sine, ove & tauris, qui puri essent, non erat fas: qui postquam ter circum instructas acies ducti erant, praecedente pompa & gressu composito, Marti immolabantur. Alex. l. 3. c. 12.

Clasissis lustrande.

Navibus olim teda lucida, ovo & sulphure lustratis, ad purificationes, preces solempnes praefati, nomen indebant ethnici sacerdotum; nec in totum exolevit antiquum ritum Masillae conspeximus. Broden in 2. Epigram.

Navales copiae si lustrarentur, disposita classe in littore, aram mari abluant, & casam victimam atque extra per classem circumferant, cum solemini carmine & precatone. Quo facto, hostie partem in mare projiciant, partem etiam flammis comburent: & eo modo classem lustrati & calamitates depelli putabant. Alex. lib. 5. c. 26.

Initiatoria.

Ex loco, Ordines sacri, hoc quedam supplicatoria. De Precibus supra per se. Hic quatenus sacris junguntur.

SACRIFICIA SINGILLATIM SECUNDUM Causas Considerata.

Consule Lil. Greg. Gyraldum Synagmate 17. historiae Deorum gentium.

MATERIAE RESPECTU CONJUNCTIM, QUOADH ORNUM. Sic offeruntur.

Ver sacrum.

Fuit mos quondam cum Italis aliis, tum Romanis, ubi res suas in periculo versari cernerent, votendi, quaequoque proximo vere nata essent apud se, animalia immolantur: unde id Ver facrum dictum est. Livius lib. 4. Decadis quarta. In hoc voto, quicquid ex fuis, ovibus & agnis inter Kalendas Martias & Idus Majas apud quemque natum edunive fuisset, voto contineri dixerunt: pueros quoque & puellas, teste Festo, qui inter haec tempora editi fuissent, haud dubie voto comprehendi: sed quia immolare eos turpe ducerent, hoc piaculari sacro expiarunt, ut adultos valarent, valatque extra fines exigerent, qui Ver-nae dicti sunt: quo piaculari religione putabantur. Alex. lib. 3. c. 22.

Primitiae.

Frugum primitias Cereri, Mustum vero Baccho offerbant olim.

Omnium

A Omnium quae nascerentur è terra, primitias Dianae offerri solitas, apparet ex his versibus Euripidis.

Postquam dejecti sunt Tiranes ab imperio, Jupiter optionem dedit Vestae, quod vellet, capiendi. Hanc primum virginitatem postulasce, inquit, & post illam, ut primitias omnium quae sacrificarentur, sibi offerrentur ab hominibus. Ita vero postea facrum est in facris, ut primum omnium, quae sacrificarentur, primitias Vestae offerrent. Itud ipsum innuit etiam Aristoph. in Vespis. Natalis Comes Mythol. lib. 8. cap. 19.

Decuma.

DIONYSIUS Halicarn. ait in primo Antiq. Jovem & Apollinem ob intermissas hominum decumas sterilitatem & siccitatem agris, fluminibus, animalibus, hominibus immisisse, donec decima fieri reddita. Polydorus lib. 5. cap. 8. de rebus inveni.

Gratiarum.

Quod cuique deo gratissimum esset, id ad illius aras mastrari solitum, quidam ajunt. Itaque equus Martis erat hostia, & quod aper Adonim interfecisset, apto Veneri rem divinam fieri nefas erat. Alii, quod quisque deus odisset, ejus potissimum illum caede oblectari putabant. Itaque Nocti sacrificabatur galus gallinaceus, quod cannisio diem provocare, noctem fugare videretur: capra Palladi, quod oleam insigniter laederet: porcus Cereri, quia semina pando emerret rostro, spemque interverteret anni. Mavens lib. 3. Par. sect. c. 7.

Idi Anser propria victima dicata est, Plutoni Taurus, Proserpinae Juvenca, & Bos vitula Averno. Ulysses apud Homerum aricie & ove nigra Erebo sacrificavit. Apud Aegyptios Luna taurum & Libero pari fuit, reliquis vero diis omnibus, boves mares, vituloque & anseres immolabant. Alex. l. 3. cap. 12.

Etatum.

Omnis bimae Hostiae apud Rom. bidentes dicebantur, corrupta voce, pro bidentibus, quasi bidentes. Gel. lib. 16. c. 6. ex P. Nigidii libro de extis. Consequere Romani, rebus suis citò expediri cuperent, etate grandioribus hostiis: ubi vero rem augere vellent & prociui, juniori victimam sacrificare. Si pro infantibus immolandum foret, non grandis, sed minor hostia mastrabatur. Alex. lib. 3. c. 12.

Sexum.

In omnibus facris, feminini generis victimae potiores erant Rom. Itaque si per marem litari non poterat, femina succidanea dabatur: non è contra: Nam per feminam hostiam minime peritatum foret, succidanea adhibere non licebat. Apud Aegyptios fecis: quibus feminam hostiam immolare, est habitum nefas. Barbaris quoque circa montem Caucasum & apud Berberes Persicam gentem, femininum animal victimam dare, aut ejus caribus vesci, sub gravi documento vetabatur. Alex. lib. 3. c. 12.

Numerum. Hecatombas vovere Graecis & Romanis antiqui moris fuit olim, cum pestilenti contagio & gravi morbo laborarent: quod à Laconibus primo inventum fuisse dicunt. Cujus voti observatio talis erat, ut centum arae uno in loco aggesto cespitae fierent, in eisque centum boves, centum oves, centumque sues uno tempore immolarentur: si vero Imperatorum votum esset, centum leones, centumque aquilae una mastrarentur. Balbinus & Pupienus Imp. contra Maximinos hecatomben victimae causa voverunt. Alex. lib. 3. c. 22. & Cal. l. 20. cap. 6. Ant. Lett.

Patris urbe Achaiae est Laphriae Dianae sanum, cui anniversarium sacrum faciunt, pyra circa aram in orbem extructa, & intra septem animalibus omnium generis coniectis, apris, cervis, capris, lupis & uris, esculentibus avibus, & arborum pomiferarum fructibus. Quae omnia immisso igne cremantur. Sacerdos est virgo, quae cervorum curru magnifice invehitur. Pausanias testis in Achaicis.

Ordinem.

Succidanae hostiae dicebantur apud Rom. quasi succidanea, quoniam si primis hostiis litatum non erat, aliae post eandem ductae hostiae cadebantur, quae quasi prioribus jam caesis hendi piaculi gratia subdebantur & succidebantur. Gel. lib. 4. cap. 6. Noë. Arr.

Praedicae hostiae, quae ante sacrificia solemnia pridie caeduntur. Idem. L. B. T. beat. vit. Human. Tom. 111.

Una hostia nunquam duobus diis, aut incertis; sed certo E numini immolabatur: superisque impares, inferis vero pares. Alex. lib. 3. c. 12.

MATERIAE RESPECTU SPECIATIM, quatenus offeruntur.

Animalia. Nempse.

Coturnix.

Athenens lib. 9. scribit, Herculem Jovis & Asteriae filium in Libyam proficiscentem, à Typhone fuisse interemptum: revocatum autem in vitam odore coturnicis, illi ab Jolo admotae: & ob eam causam Phoenices Herculi coturnice sacrificare. Erasmi in Adag.

Gallus.

Pythagoras quandoque Jovi gallum albis plumis immolasse dicitur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12. Trezenii gallo albis alarum pennis discepto, Africum ventum & sinu Saronico agros & vineas persplantent, novoque pampinos acriter torrentem, placant. Pausan. in Corinth.

Pisces.

Sille cuidam in Symposiacis Plutarchi iudicium dicitur, quod opinione validis argumentis quasi ex professo labefactans Athenaeus, Copaides Angullas ab incolis hostiarum in morem coronatas, diis sacrificari probat, Dianae Mædines Eustathius. Ab Aegyptiis certe interduntur in facris pisces. Brod. in 1. Epigr.

Bovis.

Typhoni Aegyptii boves rufas mastrabant. Plut. Solonis lege de bove nulli Deo sacrificari licebat, cum animal sit innocuum, & agrorum cultui debitum. Quippe veteribus tanta venerationis erat, ut aequè capitale esset bovem ac civem necesse. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12.

Herculi mastrabatur in ara apud Romanos maxima juvenca indomita: in quo sacrificio Praetor aut Pontifex, qui rem divinam facit, sola lauro, nec alia fronde coronabatur: cumque mulieribus adesse sacris, & rem divinam facere omnibus ferè liceat; huic tamen sacrificio adesse, vel extra tangere, aut vesci, aut solemnia etiam videre, religio non permittebat. De hoc sacrificio & variis ejus caeremoniis lege. Alex. ab Alexan. lib. 2. c. 14.

Jovi à Flamine Diali omnibus Idibus bos candidus & ex agro Falisco vel Mevania immolabatur. Idem l. 3. c. 12. Forcidia festa, in quibus hostias, quae uterum ferunt, immolare solebant. Idem lib. 5. c. 25.

Hordeales dies festi erant, in quibus hordeae, hoc est, praegnaentes immolabantur boves, etiam in diebus atris & nefastis, in quibus aliis nullum sacrificium ritè fieri poterat. Alex. ab Alex. l. 3. c. 20.

Capra.

Ferunt, in Pedasia, regione Cariae, quum Jovi Lycaeo stata die sacrificetur, capram è Pedaso sua sponte ad sacrificii locum venire, & se immolandum sistere. Alex. lib. 4. cap. 12. Soli è Graecis omnibus Lacedaemonii solemnem habent Junonem colere, quam Aegophagam nominant, eidemque capras immolare. Herculem quidem primum templum dedicasse, & dea capram mastrasse. Id illum fecisse, quod contra Hippocoonis filios pugnantem nihil Juno adverfi subjecerit, cum perinde atq; in aliis certaminibus contra pugnanturum pugnasset: capram vero fecisse, quod aliae victimae non suppetent. Paus. in Laconicis.

Potmiis, urbe Beotiae, fuit olim Liberi patris edes, cognomine Aegoboli, id est, Capram cedentes. Ita enim aliquando accidit, ut dum sacrificarent, per temulentiam eo vacordiae processerint, ut ipsum Liberi patris sacerdotem occiderint. Quod piaculum cum atrox pestilentia consecuta esset, ex Delphici Apollinis responso, puerum Libero jam pubescentem, mastrandum accepertunt. Sed non multis post annis deum ipsum capellam pro puero supposituisse tradunt. Paus. in Boet.

Sues.

In Thessalia, ubi Castnienfis Veneris sanum est, & in Sida Pamphyliae, in Alpendo Argivorum, & Argis quoque in eo festo, quod Hysteria dicitur, sues in sacrificiis mastrare licebat. Alexan. ab Alex. lib. 3. c. 12.

Sus vs à verbo Suen, quod est immolare, quoniam à suillo genere pecoris immolandi initium sumptum videtur. Cujus vestigia, quod initis Cereris porci immolantur: & quod initis pacis, foedus cum ferunt, porcus occiditur: & quod nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria, in

Bb

con-

A conjunctione nuptiali, nova nupta & novus maritus primum porcum immolant. Prisci quoque Latini & etiam Graeci in Italia, idem sacrificasse videntur. Nam & Rom. mulieres, maxime nutrices, naturam in iis que femine sunt, in virginibus appellant porcum; & Graeca χοίρον significantes esse dignum insigni nuptiarum. Varro lib. 2. cap. rei rust.

In Cereris mysteriis ea fuit confuetudo, ut quisque pro se Cereriporcio faceret: seu quod animal illud infestum Cereri crederent, seu quod è sivilo rostro aranda & invertenda terrae ratio primum accepta esset. Illud observabatur, & ut praepinguis esset, & nulla sui parte mancus ac mutilus. Quod etiam univèrsè in toto vicinarum genere servabatur. Ergo porcos mysticos aut mystericos vocabant, qui pinguisissimi & integerrimi essent. Plautus sinceros & fares vocat. Quare Megarensis ille Aristophanes, qui filias suas pro porcis vendere cuperet, jubet eis, ut sacrum ingrederet, ita grunniant, ut porci mystericis esse videantur. Muret. lib. 3. var. lect. cap. 7.

Domesticis Laribus rerum dabatur primitiae, sepe etiam porcus. Alex. lib. 3. c. 13.

B Initiandi consueverant immolare porcum. Suidas ex Aristophane citat in Pace:

Εὐχόμενοι μοι τοὺς δεινούς τοῖς ἀρχαῖς ἑὸν θεῶν ἅ ἠδὲ ἰσχυροῦσιν, ἅ μιν ἑθνεύουσι. id est: Qui porcum emam mihi, mutua nunc tres drachmas: Initiandus sum prius, ac mortem oppetam.

Item Plautus in Menachmis, porcum sincerum & farem immolare jubet eum, quem mente captum significat. Adolescentibus hic pretiis porci veniunt fares, sinceri: nummum unum em ad me accipere: Jube te parari de mea pecunia. Nam ego quidem insanum esse te certo scio. Opinor, quod veterum usum, qui cupidiam irati numinis intemperis agerentur, hoc piaculo se solent purgare. Erasmus in Adagis.

Apud Phoenices, ut in cenis, sic in sacrificiis, subis abstinentur. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12.

In Myria Abretani Jovis templum erat, in quo suem comesse, aut macchasse, piaculare erat. Alex. ab Alexan. lib. 5. cap. 12.

Cameli. Arabes pingues camelos in ara Ignoti dei, sicut nupturae virginibus camelis sacrificant. Heroibus verò tauro, capro & arietate litant. Alex. lib. 3. c. 12.

Equi. Myri, nisi immolato prius equo, & litato, extisque depactis, nullo modo vota concipiunt. Alex. lib. 2. c. 22.

Rome Idibus Decembribus, à ludis Circensibus, dexter equus, qui victrix, facer Marti immolabatur, praecisamque caudam quispian ad Regnam appellatam portabat, aramque sanguine conspergebat. De capite quidam à Sacra via, alii à Saburta descendentes depugnabant. Utrum, ut ajunt nonnulli, quod equo captam arbitrentur Trojam, equum multante, ut qui

Troja mixta esset soboles praecleara Latinis. An quod ferax, bellax, & martialis equus sit, gratissima, & maxime congruentia diis immolant? Immolatur victor, quod victoriae auctor hic sit deus: vel potius quod stabilitatis opifex Mars sit: ac superant, qui locum tenent in acie, illos, qui deserant locum, & fugam capiunt: poniturque ut timiditatis oculo pernicitas, ducuntque per aenigma, eam fugientibus non esse salutarem. Plutarch. in quest. Rom.

D Unus ducum Maesorum, qui per M. Craffum victi sunt, ante aciem postulato silentio: Qui vos, inquit, estis? Responsum invicem: Romani rerum domini. Erilli: Ita (inquirunt) fiet, si nos viceritis; & statim ante aciem immolato equo, concipere vota, ut caesorum ducum exis & litarent & velerentur. Aventinus lib. 1. Annalium Bojorum.

Solebant Gothi olim processuri in praelium Equos ad aras immolare, quorum abscissa capita, contisque excepta, subiectis stipitibus distentis faucium rictus ante acies praeferebant. Ioan. Magnus lib. 1. c. 13.

Asini. Lectum in historia est, ab Hyperboreis Apollini asinum immolari, cui sententiae adimplatur Callimachus. Τρέψον καταρατοῖσιν ἀσσογάλας. id est pingues Apollinem oblectant alinosum jugulationes. Sed & de Hyperboreis Pindarus in Pithiis. Πάρ δὲ πρὸς ἀσσοῖς ἰδαίονα λαγύρας. Δαματὶ τερλθὼν κλειτὰς ἴνον ἑκατόμβας. Calvus lib. 30. c. 21. A. L.

Mali. Romani in Consulibus multum pro sacrificio immolabant, quod id genus quadrupes primum vehiculo junctum fuisse diceretur. Alex. lib. 3. c. 25.

Canes. Gyneciae Romani pro his, qui domi nascuntur, canem immolant: sicut Graeci Proserpinæ, & Dianæ Sabaei. Est autem Gynecia, quam Romani Bonam deam vocant, quae ex corruptibilibus generationis facit. Cui quum res divina fig, optant, neminem bonum fieri qui domi nascatur. Plutarch. in quest. Rom.

Apud Lacedaemonios Neptuno immolabatur canis. Er Beetis, cane in duas partes dissecto per medium, ira expiatio fuit. Idem & Caribus, ut extra canis diis offerre in usu haberent. Inde proverbium, Carica victima. Plutarchus in quest. Rom.

Rom. in Lupercalibus canem immolare mense Februario, quia lupo canis infensus est; & in expiationibus cane litari, legitur apud Plut. in deo, quod Lupercos allatarent, & interpellarent canes per urbem discurrerent: aut etiam quia F. Pani, cui hoc sacrificium celebrabatur, acceptus esset ob caprum greges canis.

Ad placandum Caniculae frigus frugibus inimicum, Rom. mactabant canes; quas, si frigus non fuit, puras non purantur quod sacrum, Canarium augurium nuncuparunt. Pro frugibus quoque & peccoribus, ut rubigo averteretur, lactenti canilo sacrum fieri convenit: idque Robigalibus per Quirinalem flammam ferum extra urbem fieri; in quo super extra canis thus & merum infundere mos erat. Tales quoque catas recens edicos, tam in adicialibus, quam deorum carnis sepe adhibere. Alexand. lib. 3. c. 12.

Mense Augusto Panegyris canum à Romanis celebrari solita, quia ἀνάλκντι, id est, sine latratu egerant, cum Capitolium à Gallis occupatum esset, anseribus ampliter sonoreque inclamantibus. Tunc ergo vivas canes cruci fumbacinae affigebant, atque inter ades Juvenatis & Sumani, singulis annis Romae, anser infidentes deferbantur. Alexand. lib. 3. c. 12. ex Plut. & Calvus lib. 17. A. L. c. 28.

Homines, humanae victimae. Vide Titulum, Magia vadum.

Pharmacii in litteris interioribus sepe vocabantur, qui ad civitates suo interitu expiandas educabantur publice. Erant verò hi ignobiles quidam & inutiles, qui grassante in cives peste, aut id genus morbo alio, immolabantur; ut si quid in nimen esset offensae, piaculo ejusmodi paria facerent; ob idque Catharmata consimiliter dicebantur, Graeco verbo expiationem significante. Nam Catharmata ratione eadem portuculos nuncupabant minutulos, quibus conciones & theatra lustrabantur: qui mos Atheniensium erat vetus. Calvus lib. 6. cap. 12. A. L.

Apud Rom. caetera quidem facta violare, nefas; hominem verò sacrum occidere, fas erat. Ejus ratio haec: Veteribus is erat deorum metus; & observantia, & sacrum dicanturque animal prorsus in suis finibus esse hand paterentur, sed ad deorum abigerent loca, quibus id sacrum foret. Animas verò hujusmodi factorum hominum, quos ζῆνας Graeci vocant, diis debita omnino existimantur. Sed eis in caelum mitti à se posse, & ad deos, ad quo jam pertinerent, alia ratione nulla videbant, nisi corpore viduatas. Igitur primo quoque tempore, ut irent, ejusmodi hominem interficendi cullibet arbitrium. Morem hunc vetustatis prudentissimus Maro expressit in Halelo, de quo paulo mox appetituro ita scribit: Injecere manum Parcae, telisque saturant Evandri: in quo item divini humanique juris proprietatem esse exequuntur, adnotavit Macrobius lib. 3. cap. 7. Saturn. Quippe ex manus iniectione mancipium designavit. Calvus lib. 11. cap. 12.

Fuit Gehennon vallis in tribu Benjamim, ab impiis possessa, in qua filii vivi cremabantur, & immolabantur demonio Moloch. Paratur autem Moloch fuisse Saturnus. Fit ejus mentio Is. 18. Et vocatur vallis filiorum Ennom. Postea & Isaacitae ad eum gentilem ritum defecerunt, sicut de Achaz scriptum extat 2. Paralip. 28. Ipse est qui adolevit incensum in valle filii Ennom, & lustravit filios suos in igne, iuxta ritum gentium, quos interfecit Dominus in adventu filiorum Israel. Vocatur is locus & Topbeth, a tympanis, quo pulsabantur, ne ejulatus puerorum exaudiretur, 4. Reg. 23. Abiit autem in consuetudinem, ut vulgari loquendi modo Gehenna pro loco tor-

A tormentis perpetuis damnatorum deputato accipiatur in Sacris litteris. Gehennam primum Saluator usurpavit in Evangelio, quod Hieronymi primum monumentis est, pro eodem loco, vel in quo prorsum excarnificarentur impii. Beelphegor creditur Saturnus, qui dicatur, Beel: nam Phegor, ubi is coletetur, loci appellatio est. Calvus lib. 13. cap. 33. A. L.

Belitanta fuit apud veteres religio, ut ei non solum humanas hostias captivorum ignobiliumque mortalium, sed & suos liberos immolarent. Hieron. lib. 13. com. in Esac. 46.

Manasse Judaeae Regem, maximum suae aetate Magum, liberos suos diabolo sacrificasse legitur. At is promissis de summa amplitudine ab eo acceptis, ab hostibus comprehensus, & dignitate dejectus est.

Apud Aegyptios in Osiridis, veluti frugum ac fructuum reperitoris, memoriam apud posteros immortalem, boves rufos, quoniam videntur colore similes Typhoni, qui Osiridem necavit, immolari permittunt. Er homines quoque colore Typhonis antiqui reges ad sepulchrum Osiridis sacrificio mactabant. Cum autem pauci rufi Aegyptii reperirentur, externi plures mactabantur, materia subulandi Graecis data Busiridem hospites necasse. Diod. lib. 1. c. 7.

Helopoli in Aegypto tres in die homines quos inquirebant, si mundi essent, Junoni mactabant. Polyd. lib. 5. cap. 8. de Invent.

Eusebius in Evang. prepar. ex Sanchoniatone Theologiam Phoenicium recensens, scribit, Saturnum regionis Palaestinae Regem, cum hominem exiit, astrum illud, quod de ejus nomine vocatur, induisse. Paulo post Anobeth nympham, quae unicum habebat ex Saturno filium, ac idcirco Leud appellatum (nam id est illi genitri unicus filius) coactam eum immolare, quod periculo bello patri premeretur, ceteraque moris pervertit, filium principi charissimum, per ejusmodi di scrimina demoni ulciscenti sacrificare, ad ejus iram placandam.

Carthagenenses à Phoenicibus oriundi, in gravibus Reip. casibus hominem mactabant Saturno, cujus aliquando filius sic immolatus esset, vel ipsi hoc statuentis in Africa, vel institutum jam ex veteri patria fecerant transferebant in novam. Pueri C& infantes pro victimis adhibebantur aris, quae aras vel superbissimis hostibus solet miserabilis videri. Clearchus, Plato in Protagora, Laertianus l. 1. c. 21. divinarum Institutionum, & Tertullianus. Erat autem apud eos aenea Saturni statua, quae manus supinas in terram inclinat as porrigebat, quibus deinde impositus puer, ignem vapore & calore contractus ac tortus, ridens speciem exhiberet, inde devolveretur in voraginem quandam ignis plenam. Hinc versimile est, Euripidem fabulosis illi mutatum de Taurico sacrificio, in quibus Iphigeniam ab Oreste sic interrogari facit: Quodnam sepulchrum mortuus foris? Ignem sacrum, qui intus est, & opacum terrae hiatum. Fabula, quae à Graecis & praeca fama tradita est, quod videlicet Saturnus suos filios è medio tollere sit solitus, apud Carthagenenses hujusmodi lege servata videtur. Diodor. l. 20. Plutarchus in lib. de Superstitione. In hujus ipsius historiae mentione, eos qui sine liberis forent omnino, à pauperibus pueros coemere ad hunc usum solitos scribit, veluti agnos, aut avium pullos. Idem in morem item fuisse tradit, ut affligeret mater ἀρετῆς ἢ ἀδυναμίας, id est, citra lacrymas & gemitus. Quod illacrymari aut ducere huiusmodi deprehenderetur, pretio pueri privabatur, puer nihilominus immolabatur. In statu: ambitu in cinerium tibus & tympana pulsantem modulis opplebantur omnia, ne qua exaudiri vox posset. Conducibilis porò, inquit, Carthagenensibus fuerat, Critiam initio, aut Diagonam legum fortissimi latores, ac deorum nullum arbitrari, aut demonum, quum ejusmodi obire facta: praefat enim deos non credere, quam crudeles opinari & sanguinarios.

Iphigeniam Agamemnonis filiam, ad placandum numen iratum, Calchas mactandam in sacrificio apud Aulidem censuit: Diana vero cervam pro illa suppeditavit.

Jones, Dianæ Triclariae quotannis virginem & puerum immolabant, ut deam iratam placarent, quam offenderat Melanippus adolescens & virgo Dianae sacerdos, stupro in aede sacra paratro: ita ut summa terrae sterilitas, & miseranda hominum lux oborta sit. Panjanias in Achaicis.

Apud Graecos in anniversaria celebrata Baccho vivos homines sacrificante mos erat: apud quos qui ita fuisset immolatus, maxime inter suos probatissimam laudem ferebat. Alex. ab Alex. lib. 6. c. 26.

L. B. T. heur. vite Human. Tom. III.

Olim Piteus insula fuit. In ea cum Munychus principatum E obtinere, templum instituit Dianae Munychiae. Deum cum utus Dianae facer quidam ibi reperit, & ab Atheniensibus interfectus esset, fames ingruit. Respondit deus: Ita demum finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Unus autem reperit est Embarus, qui polliceretur, se filiam immolaturum, ea lege, ut sacerdotium in posterum suos traduceretur. Itaque solemniter ornatam sacrificavit. Plutarch. in collectione, & Erasmus in proverbio, Embarus sum.

Cum ad Salaminem Graeci cum Themistocle contra Xerxem pugnaturi essent, ad Themistoclem, iuxta praetorium tremelem facris operantem, tres adducti sunt captivi, forma & vestitu insignes: Dicebantur Sandeuces regis fororis & Aurtardi filii esse. Quos contuitus yates Euphrantides: & simul & magnam hostia & lucidam flammam ediderant, ac bonum omen sternamento à dextera parte est datum: dexteram Themistoclis complexus, adolescentes illos omnes iustit, ut victimam & hostiam Omeli, Baccho votis nuncupatis, immolarent. Ita patitur Graecis salutem promitti & palmam. Supente Themistocle eo vaticinio tanto & tam atrosi, vulgus ut in grandibus solet periculis & rebus aperi, salutem potius ex absonis, quam consentaneis sperans, cepit deum simul una voce ciete, adductisque ad aram captivis, sacra ex praedictis votis fieri coegit. Haec philolophus, & historiarum non rudis Lesbios Phanius memoriae prodidit. Plut. in Themistocle.

Laodiceae, quae Syriae urbs est, Palladii puri immolabatur. Et apud Arabes in singulos annos vter immolatus sub ara sepeliebatur. Polyd. lib. 4. c. 8.

Cyprum humana hostia Jovem placabant, ex instituto Teuctri. Quod genus impietatis postea Hadrianus sustulit. Polyd. lib. 5. c. 8. de invent. rerum.

Chii Dionysio Omadio humana litabant victimam. Idem. In Salamine insula, homo Agraulae Cecropis filiae cadebant: Diomedem similiter in templo Palladis, quod etiam ipsi Diomedem & Agraulae commune erat. Ab adolescentibus ter circum aram ductus, tandem à sacerdotibus hasta percussus, & in rogo impositus, cremabatur. Polydorus l. 5. c. 8. de Invent.

Ad tumulum Philopomenis, Messenii captivi ab Achaeis à Democrate Messenio necati, lapidibus obruti & immolati sunt. C. Plut. in Philopomene.

Leucadii in Apollinis sacro, avertenda deorum irae causa, hominem de montis specula dejeciebant, diis rem gratam hanc re facturos extillantes. Alex. l. 6. c. 26.

Rhodii & Cretenes ex instituto Curetum hominem epulis gravatum, ac pueros impuberes festis diebus Saturno mactabant. Alex. lib. 6. c. 26.

Quidam perhibent, apud Sardonios fuisse receptum, ut ex captivis pulcherrimos quoque, ac natu maximos, qui septuagesimum excessissent annum, Saturno mactarent, ridentes in morte, propterea quod id forte ac virile videretur. Unde proverbium: Sardonicus ritus. Erasmus.

Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed ut in Tyberim de ponte Milvio mitteretur; quod ex responso quondam factitatum, Varro auctor est; cuius responsum ultimum verius erat. Er capita inferno & patri transmitti te lumen: id est, hominem. Verum id genus sacrificii postea ab Hercule est immutatum, ut pro veris hominibus imagines ex kriptio jacerentur, quod in Fastis Ovidius late docet.

Bello ingruente Gallico, post primi Punici finem, ex vaticiniis librorum Sibyllinorum, Graecum & Graecam, simulque Gallum & Gallam in foro Boario, quod vocant, sub terra vis demisere, quibus ad hunc usque diem Graecis & Gallis facta arcaea & nefanda faciunt mense Novembri. Plutarch. in Marcello, Plin. l. 28. c. 2. In Pantheo statis diebus in sacris Heculis mactabatur homo. Alex. ab Alex. l. 2. c. 14.

MASALMAS Saracenorum princeps Pergamam obidebat, Pergameni cives magi cuiusdam instinctu pregnantem mulierem dissecerunt, fetuque in cacabo elixato, quotquot militare vellent, excreando hoc sacrificio macinas dextrarum suarum tinxerant. Ea propter iusto Dei iudicio hostibus sunt traditi. Cedrens.

Celtæ pari suae feritati impietate in deorum sacrificiis abutuntur. Noxios enim quinquennio servatos, subditos affluos diis sacrificant, cumque aliis primitiis super ingentes pyras immolant. Captivos quoque sacrificant diis. Quidam de hostibus capta animantia unà cum hominibus interfecta, B b 2 aut

A aut in sacris comburant, aut aliis afficiunt panis, Diodorus lib. 5. c. 19.

Apud Gallos, si qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in praeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant, aut se immolanturos voverunt, administrisque ad ea sacrificia Dryadibus unantur: quod pro vita hominis nisi vita hominis reddatur, non posse deorum ejusdem generis habent infinita sacrificia. Alii immensi magnitudine simulacra habent, quorum contexta vinibus membra vivis hominibus complent: quibus succensis, circumventi flamma examinantur homines. Supplicia eorum qui in furo, latrocinio, aliave noxa sint comprehensi, gratiori diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum ejus generis copta deficiat, etiam ad innocentium supplicia descendunt. Caesar, lib. 6.

Ide in hominem divinationi destinatum in tergo ferientes, ex ipso impatiencie afflictaeque modo vaticinia concipiunt: quodam etiam sagittis confgebant, patibulo etiam in sacris rebus suffixos. Calvus 1. 18. c. 21. ex Polybio.

B De iis sic scribit Lucanus:

Et quibus immittis placatur sanguine divo

Tentates, horrenque foris altariis Hestus.

Instantis vetus mos erat, ex intestinis hominum extra profpicere, atque inde omnia & divinationes captare, abscissaque captivorum dextro pro munere diis offerre. Alexand. ab Alex. lib. 6. c. 26.

Albani Afsiani deos colunt Solem, Jovem, ac praecipue Lunam, cuius templum Iberiae proximum est, & sacerdos praeficitur honore, securus post se, qui sacris servit, & sacre regioni praest. quae multa est, & hominibus plena: e servis multi numine Afsiani divinant. Qui plurimum numine correptus est, solus per sylvas errat: quod sacerdos comprehendit sacra caena devinct, per annum sumptuosè alens, postea ad deae sacrificium cum aliis hostiis mactandum producit. Sacrificii ritus est hujusmodi: Quidam hujus negotii gnarus sacra hausta tenens, quae mos est hominem mactari, atque ex multitudine procedens, eam in cor per laus urget. Illo cadente, quaedam divinationis signa captant, atque in commune proferunt; tum corpore in locum quandam delato, id omnes supergrediuntur, hujusmodi placulo utentes. Strabo lib. 11. c. Bonifinus lib. 1. dec. prim.

Scythae ex captivis centesimum quemque Marti immolant, quem sub specie acinacis colant. Nam ubi eorum capitibus vinum libaverunt, ipsos ad quoddam vas mactant: dehinc eisdem in congeriem fermentorum sublati, acinacem cruore perfundunt. Haec quidem supra conferunt: inferius autem ad templum illa faciunt. Virorum interemptorum omnes humeros dextros praedunt, quos una cum manibus in aere jacunt: quocumque deciderit manus, ibi jacet, & securum mortuus. Ceteri deinde, solemnibus consecis, abeunt. Herod. lib. 4.

Apud Tauros Scythas in Ponto Diana hospitum, qui illic appellissent, sanguine placabatur. Iphigenia illuc Aulide tranivecta, Orestem fratrem & Pyladem aere astantes, ut mactarentur, agnovit, raptoque deae simulacro, in Graeciam cum illis rediit.

Thracis Zamobim, quem maximum deum putant, non aliter fieri propitium astantur, quam si ad aram facili lancearum lectum homo concideret, eam optimam, & diis gratissimam victimam opinant. Alex. lib. 6. c. 26.

Dee Martem, quem deum belli putavit antiquitas, apud se dicunt progenitum. Quod insignis poeta non ignorabat, dum diceret: Gradivumque patrem, Getici qui praesidet armis. Eum Gothi semper asperissima placavere cultura, morte scilicet captivorum; opinantes, bellorum praesidem apte humano sanguine placari. Crantzius lib. 1. Suecia, cap. 5.

Cataphryges & Pepuziani, duo hominum genera haereticis cum primis perditae ac desperatae, infantis tenellum corpus soliti erant per omnia membra compungere, ut sic expresso sanguine, farina maceraretur, qua conficerent panem in Eucharistiae usum, ut Augustinus ad Quodvult-deum narrat. Simile quiddam Euchetae & Gnostici faciebant, ad demones pellendos; ut legitur apud Michaellem Pselum. L. Vives in libro de decem octo annis Augusti de Civitate Dei cap. 53.

Germani, Mercurio humano cruore litare, religiosissimum putabant. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 26. ex Casare, & Tac.

Hamburgi in templo Hammonis statua colebatur sacrificiis non modo pecudum, sed etiam victimis humanis. Erat vero hujusmodi. Regis simulacrum sedebat in sella, ex cuius ore ad latus unum exigebat sagittae, ad alterum vero tonitrui: una manu sceptrum gerebat, altera gladium: ad dexteram ejus affidebant dii, Apollo, Mercurius, Neptunus, Mars, Vulcanus, Pluto; ad sinistram dea, Juno, Ceres, Vesta, Venus, Minerva, Diana. Ioan. Peterfus in Holfatorum Chronico. Id tamen Crantz. in Sax. negat.

Rugiani deo suo Suantovito quotannis hominem Christianum, quem fors dedisset, immolabant. Helmodus cap. 53. de rebus Sclavorum.

Cimbri, qui Cimierii, & Boji ex Hercynia sylvae Boemiae, eo tempore, quo Gedcon Iudaeus jus dicebat, exacti, majore Europae parte occupata, Afsiam quoque armis perditam veltigalem fecerunt. Erant inter illos sacerdotis divinationis peritae, quas patrio sermone Atrunas tuncbant. Ne incinctae zonis aeneis, nudae pedibus, canis capillis, limeaque tunica & alba veste, quae subris fibulis annexa erat, amictu, capris per castra stricis occurrerant enibus, quos ad humanum stementes, ad aereum pertinebant craterem: deinde eos in fulmine tollendo, jugulum ferro aperiebant, & profuente sanguine in craterem, eventum belli vaticinabantur. Aliae dilecto ventre, ex intestinis victoriam interpretabantur. Inter praedunt vero pelles ad cartucarum velamina extensas, crebris pulabant ictibus, ut ingens strepitus cum horrore ederet. Aventinus lib. 1. Annalium, ex Strabonis lib. 7.

Apud Gothos olim in metropoli Ulpalia novendiale sacrum Thoro deo, furo faciebant, singulis diebus novem animalium generum, & totidem humanas hostias. Homo autem quem fors immolandum obtulerat, in fontem, qui ad locum sacrificiorum saturiebat, vivus immergebatur. Qui si facile effugerit animam, sanctum renunciant sacerdotis votum; moxque inde erant, in vicinum nemus (quod sacrum credebant) suspenses, inter deos translant affirmabant. Quo factum est, ut beatus ne crederet, qui ea immolatione excederet & vita. Accidit nonnumquam, reges ipso eadem forte delectos immolari. Quod quia faustissimum regno sacrificium aestimabatur, totius populi multitudo summa gratulatione tam insignem victimam prosequeretur. Enimvero sic defunctos nequaquam mors, sed tam illos, quam seipos immortales esse perhaesum habebant. Joannes Magnus lib. 1. cap. 12.

Apud Gothos & Sueones postissima victima vir aliquis est, quem omnium primum in praelio ceperunt: hunc nimirum mactando, Marti sacrificant, ut quem deorum maximum ducant. Sed ea est apud hos immolandi consuetudo, ut non solum hostiam mactent, sed in arborem vivam hanc prius suspendant, indeque inter senticeta & vepres projectam, sic vepres ac miseris modis excruciant conficiant. Io. Magnus lib. 8. c. 35. ex Procopio.

Gothi sive Getae persuasissimum habebant, eos qui vita sancti essent, in alium quempiam locum ameniorem demigrare, in quo deum Breyxem (vel Tamolxium) praesidere affirmabant: ad quem affideat cum nave quinque remigum nuncium quempiam ex seipsis forte delectum mittebant, praecipientes, ut ea, quibus indigerent, ex liberalitate numinis impetraret. Modus mittendi nuncii erat. Quidam eorum aliquot lanceas acutas in altum tenebant: super quas alii ipsum, qui destinandus erat, manibus pedibusque correptum injiciebant: qui si statim cadens extinguebatur, propitium sibi deum arbitrabantur, quod nuncium facile exceperit. Si autem secus accidisset, ipsum nuncium infimulabant malum esse virum, qui indignus esset ad deos destinari. Itaque eo abjecto, alium mittebant, dantes adhuc viventi mandata, quae apud ipsum numen exequantur. Deinde praemis jactatione extinctum marinam voragini, opera corundem quinque remigum, tradebant. Olavus Magnus lib. 3. c. 7.

Lithuani olim ex bellis revertentes, manibus & unum aliquem de captivis praecipuum & insignem virum victimam loco igne conlectabant. Guagninus in descriptione Lithuaniae.

In insula Thule, quem omnium primum in praelio ceperunt, sacrificarunt Marti: cumque prius unum in arborem suspendunt, indeque inter senticeta & vepres projectam, miris modis cruciantur, ut narrat Procopius de bello Goth. lib. 2.

Britannis longo tempore mos inolevit, ut in supplicationibus captivorum sanguine diis litarent. Alexan. ab Alexan. lib. 6. c. 29.

Dum Scoti a Britannis pulsi, in Hibernia relictis vitibus cum

A cum rege suo Leuthero in Albionem redirent, quem primum obvium habuere hominem (more patrio bellicum sacra mentum, & praesagium victoriarum praerimentum) trucidabant, sanguinem mucrone ori admouunt degustabant, tenoque in caelum gladio, vindictam precabantur. H. Boetius lib. 2.

Judaei puerum Christianum singulis annis mactare soliti. Michael Neander in Erotomatis linguae sanctae, Fortalicio fidei, lib. 3. confid. 7.

Solare obsterices magas pueros nuper natos, sub praetextu curae peculiaris, extra cubiculum, portam, & sub camino foci in altum elevatos, principi demoniorum consecrare, sic ut absque adminiculo per unum lebetarium ascendere videantur, Jacobus Sprengerus in Malleo maleficarum, p. 2. quast. 1. cap. 13. confirmat exemplo quisdam, qui cum filiam tali consecratione usam animadvertisset, quantocumque potuit puerum baptizari voluit. Cum ad aliam villam, in qua Patrochialis erat Ecclesia, referendus esset, & per pontem super flumen pertranfari haberet: ille evaginato gladio, filiam quae pontem gerebat, invasit, dicens: Nolo, ut infantem per pontem deferas, sed ut per te pontem superet, volo: Nam quae arte tua magica interent in altum ferri fecisti, fac etiam ut nullo detegere pontem pertranseat; & ut in flumine re submergam. Ergo coacta, puerum super pontem posuit, & demonem invocavit, & subito ex altera parte pontis, infans conspicuus est. Baptizato inde puero, cum jam per testes filiam de maleficio convincere posset, qui primum facinus oblationis minime probare potuisset, filiam cum matre accusavit, scelerisque convicta, igne penas dederunt. Jacobus Sprengerus parti. 2. q. 1. c. 13. Malleo.

Catharina Darea Corporalis die 2. Febr. M. D. LXXXVIII. duas puellas jugulavit, unam suam, alteram vicinam, cum tamen rei magica non fuisset infamata. Haec diabolum confesit, est hominis proceri, & pernicii specie curavisse, ut id faceret. Postea cremata est provocare nolens, quamvis Coparam Praefectus licere exponeret: nam agnoscebat, se hoc genus mortis esse promeritam. Bodinus.

Convictus Raziorum Bato, sex octo infantes confessus est occidisse & sacrificasse diabolo, & sibi Satanam indixisse, ut suum ipsius puerum adhae sacrificaret, avellens ab utero matris que rem subodorata est; itaque iudicium in eum constitutum. C. Idem.

Insula ab Hispanis inventa est, quam de principis nomine Carolinam vocant. In ea frequentes videntur itatur deorum, quos gentes illae colunt, aeneis, intrinsecus cavae, manibus junctis, pallisque, in quibus infantes & pueros, quos diis illis immolant, statunt, ibique ununtur crudeliter igne in cavis simulacri accenso, & aere calore immo dicuntur concipiente. L. Vives in lib. 7. Aug. de Civitate Dei, cap. 19.

Themistili immanibus infantium puerozumque quos ad viginti millia quotannis diabolo immolabant, caedibus fuit supra caeteras omnes totius orbis urbes infamis. Ioan. Metellus. Idola sanguine hominum oblatorum conspersa fuisse, auctor est Ferdinandus Cortesius Iovis lib. 34. Historiarum. Ante illud excidium ab Hispanis factum, Capitarum, de more demonibus sacrificandus, cum fieret ubertim, Deumque caeli invocaret: afflitit ei quidam, qui hortatus est eum, ne adeo mortem formidaret: Deum caeli miserum ejus esse: annunciarer sacerdotibus, brevi desinuntur hoc genus sacrificii: venire jam eos qui terram esse mundatur. Sacrificatum illum eo loco, ubi nunc damati suspenduntur, coque anno excidium urbis iniitum accepit: nam tertio post capta est ab Hispanis & direpta. Cardanus lib. 13. c. 79. Var. rer.

Animalium Partes, Excrementa, Fructus.

Vestis Sanguis.

Spartae Orthiae Dianae templum & simulacrum, e Taurica Chersonneso ab Oreste & Iphigenia fursum ablatum, religiose sacrosanctum fuit. Cum autem Linnatae & Cynostrenses Spartani sacrum deae facientes, ad iurgium & caedes multas conversi essent, reliquos subita vis morbi absumpsit. Inde oraculum acceptum est, eam aram humano sanguine aspergi oportere. Quare cum ante forte dederetur immolandum, sacrificium Licurgus ad puberum plagas transtulit: quo fit, ut hoc etiam ritu nihil fore minus sanguine humano ara imbutur. Panf. in Lacon. Plur. in Lycurgo.

In Arcadia fuit Dionysii templum, in quo sacrificii loco puellae ad aram flagellabantur ad necem. Alexand. lib. 6. cap. 26.

Bellonae sacerdotibus non animalis hostia, nec victimam, sed L. B. T. theat. vite Human. Tom. 111.

fuo cruore sacrificant: Gladios enim distractos utraque manibus tenentes, humeros sibi & lacertos tanquam fanatici dilecant, hoc sanguine litari, & crimina expiari putantes. Alex. ab Alexan. lib. 3. c. 11.

Lac.

Prodrum memoriae est, Romulum nunquam vino in sacris, sed lacte libasse. Alex. lib. 3. c. 12.

Crines, Capilli.

Dedicabant virgines Rom. maturae viro, compositum capillum Palladi. Troezenae vero puellae Hippolyto crinem consecrabant. In Sicyonia quoque sanitatis simulacrum fuit, cui virgines crines resecare, & capillos dicere solebant. Athenienses cum ex ephebis excessissent, primitias crinium Delphos deferabant: & cum antiquiores comam circa tempora, aut posteriorem crinem Apollini & fluminibus tonderent, avo succedente, Thefeus re astra, hoc est, anteriorem capillum Delphis dedicavit. Unde Thefeis tonsura prodita est, cuius exemplo juvenes, cum primum ex ephebis excessissent, anteriorem comam Phaebo, & Aesculapio, aut Libero obtulerunt primitias. Postea Romani adolecentes magnae indolis, prime lanuginis barbani diis consecrati uturparunt. Alexan. lib. 5. cap. 18.

Sterens.

Kyrgessi Tartari catervatim in campis degunt, habentque ritum gentilem hujusmodi. Sacrificii ipsorum quo tempore rem divinam peragat, tunc sanguinem, lac & simum iumentorum, terramque sumit, commixtionemque infusum sacra, in vas quoddam infundit, & una cum hoc arborem ascendit, ad populumque circumstantem concionatur. Concione peracta, in stultam plebeculam praedictam commixtionem spargit: populus vero in terram pronus provolvitur, aperitumculamque hanc pro deo colit, firmoque credit, nihil esse perinde salutari humano generi, ac terram, pecus, armenta, quae Guagninus in descriptione Tartariae.

Ova.

Ova expiationibus apta monstrat Juvenalis illud: nisi se centum instraverit ovis. C. 1. 27. c. 17.

Cerealia.

Aegyptii in aestate spicas Ididi offerbant, invocantes, & implorantes deam, ut fruges prosperaret: Illa enim tritici, & hordei inventrix fuisse dicitur. Diadorus Siculus.

Veteres in suis sacris doxyras, sive doxyras semper praemittebant. Molas Latini vocant, ordium molium (quod dicitur) & sal hordeo ovorumque, commixtum: ut hoc ipso deorum erga homines benignitatem in frugum inventionem (inter quas hordeum primum fuisse traditur: quom ob causam doxyrae Graecis dicitur est, & 7 doxyras, quoniam manifestiore victu homines usi, ad bellina quoque natura sensum segregari fuerit) & Reipub. constitutione (cujus symbolum est sal; quoniam sicut ex variis guttulis una salis mica solida, victus quotidiani condimentum, nascitur: ita etiam ex multis civibus, quos manifestior vitae cultus in unum, frugum inventarum beneficio, reduxit, una civitas & Respublica) ob oculos ponerent, & suam quoque gratitudinem testarentur: atque ita tum beneficiorum recordatione, tum gratiarum actione, deorum benevolentiam potro sibi compararent. Praemis hinc molis, preces subungebant, & sacrificia peragebant. Eusebius lib. 1. 1.

NUMA Pompilius deos fruge coli, & mola salia supplicari instituit: quam molam ex farre, sale & aqua composuit, sine qua nullum sacrificium ratum fieri censuit. Atque id far, nisi tollitur esset, ad rem divinam non esse purum, stant. Graeci vero non far, sed hordei primitias, libamque & placentas ex hordeo diis offerri, hordeumque sale insperitum imprimis ara infundit, satius duxere; sine quo, salvis ceremoniis, nullum sacrum fieri poterat. Illum qui primitias ejusmodi colligebat, Crithologum dixere, Teste Plutare, in quast. Graecis, Alex. lib. 3. c. 21.

Aras dedicantur olim, aut simulacra dei alicujus, legumina clix pro primitiis offerrebat dedicatis, ob memoriam grati animi de primo victu. Aristophanes in Danais. Teitor Jovis Hercel ollas, cum quibus ara dedicata est olim; Mercuriales vero statuas pro foribus & alia sigilla dedicantes, quod felicitas esset erectio, ollas polentae abhibebant. Suidas in voce xipras idipsum, Ollis pax sancienda. Consule locum Festor.

Suffimenta ex faba millioque asperfa mullo diis offerri, atque victimam, quo tempore viva calente praelo premuntur, sepe notatum est. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 22.

A In Lemuralibus Famam noctu jacere usurpatum est, Lemures ex domo ejicere clamantes. Eam nigram esse convenit, ipsamque lotis manibus, & pede nudo per ora versare, & post terga rejicere, arisque tintinnum facere: ut Lemures fabis redempti, domo abirent, novies orare: idque Majo mensis tribus noctibus fieri, donec solutis religione animis, manes expiatis ducerent. In parentalibus assumeret fabas usus obtinuit, sicut in pervigiliis cicer: ac ferales cœnas lentisque & offas ad sepulchra illorum ferre, quibus parentar ejus erat (quæ etiam Feralia a ferendis epulis dicta sunt) & in defunctorum sepulchris super nudam silicem apponere. *Alexan. lib. 3. cap. 12.*

Alia, Papaver.

Nanias, quæ mater Larum fuit, in Compitalibus, à Bruto instituta, non humana victima, ut olim (nam pro familie incoluntate antea pueros mactabant) sed aliorum, & papaverum capitibus facere sacrificia Romani voluerunt. *Alex. ab Alex. l. 2. c. 12.*

Rami arborum.

Osci. Vide *Festa Atheniensium, Oschophoria.*

B In Asopo, in æde Eumenidum, nisi mulso libare, & pro coronis floribus uti permittum erat. *Alexan. ab Alex. lib. 3. cap. 12.*

Vinum.

Rom, ubi in sacris vina libare diis necessum erat, ex Græcâ, & imputata vite, seu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata, vel immunditie polluta fuerat, aut juxta quam homo laqueo pependerat, vina libare diis, inausum erat. Thasis verò, nisi vino libaneo, & odore thuris, diis prolabatur. *Alex. l. 3. cap. 12.*

Thurs.

Babylone in Jovis templo mille talenta thuris quotannis adolebantur. *Herod. lib. 1.*

Sal.

Sine mola falsa nullum diis sacrificium antiquitus fiebat, in ea quippe efficaciorum vim placandis numinibus, & commoventis divinitati putabant, quòd sal minimè omnium corruptioni esset obnoxium. *Alex. l. 4. c. 17.*

Calculi.

C Ad Tereî sepulchrum Megaris cum sacrum fit, calculis pro hordeo untur. *Alex. lib. 4. c. 17.*

Spolia, Arma.

Inter solemnia vota fuisse traditur, quoties exercitus duces de spoliis hostium Vulcano votum fecissent, id solvatur, ut fuis fugatiue hostibus, scuta, gladios, & arma, spoliæque nonnumquam, bellorum machinas, curruque & inutiles naves, uno in loco agerant, piraque extructa, circumstante populo & frequentissimo exercitu, velut disposita acie, dux more patrio discinctus, Vulcano, Marti & Palladi incendat: ipseque dux inductus purpuram, prius ardentem facem fumere, ambaque manus in cœlum tendere, deinde in pyram summittere debeat, toto circum exercitu exultante, & percussis armis plaudente, pyraque armis exultis, sacra & rem divinam faciant, tamen arma militaria non exuri, sed belli more cremari solita legamus. *Alex. lib. 3. c. 22.*

Victis ad Aquas Sextias Teutonibus, secundum pugnam legit C. Marius ex armis, & spoliis barbaricis elegantissima, & involata, quæ speciem valebant triumphum magnificam præbere. Reliquorum acervo in pyram accumulato, amplum sacrificium fecit: circumfusisque in armis, & coronato exercitu præcinctus de more, atque prætexa velatus, ardentem ferebat facem, eamque ambabus manibus ad cœlum sustollens, parabat subdere pyra: cum currentes ad eum citatis equis amici, desilirent ex equis, atque cum amplexu, nunciaverunt leti quintum consulatum, literaque et de hoc reddere. Ita cum magna gratulatione solemnitas cumulatæ effect victorialis, hinc exercitus exultans, plausu quodam militari, & armorum crepitu personavit: hinc legatis alteram imponentibus coronam Mario, subdidit flammam pyrae, & sacra petegit. *Plutar. in Mario.*

Phiala.

Memphi est locus in Nihilo, quem à figura vocant Phialam, omnibus annis ibi auream pateram argenteamque emergentibus diebus, quos habet natales Apis: septem hi sunt, mirumque neminem per eos à Crocodilis attingi: octavo, post horam diei sextam, redire bellæ feritatem. *Plin. lib. 8. c. 46.*

Xerxes rex Persarum transmissio exercitu per pontem in Bosphoro, sole exorto, ex aurea phiala libans in mare, apud

solem vota concepit, ne quid sibi adversi contingeret, qua E Europam totam subegisset. Phialam in Hellepontum abjecit, aureamque craterem, ac gladium Persicum, quem acinacem vocant. Incertum est, utrum Soli delectans gladium, dimiserit in pelagus: an Hellepontum, quòd cum flagellasse peniteret, in compensationem gladio donaverit. *Herod. lib. 7.*

FORMERESPECTU.

De modo sacrificandi Veterum, vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Ante Actum.

Propitiæ dicuntur ea, quæ sunt, aut dantur, priusquam perficiatur eorum aliquid, quæ ad rem divinam pertinent. Suidas.

Personarum preparatio.

Apud Ægyptios institutum erat, sacerdotes ad aram hostiis deductis, astante rege, magna voce, audiente populo, valetudinem prosperam, omniaque bona optarent: narrarent insuper peculiarias regis virtutes, in deos pietatem, & religionem. *Diodorus.*

Apud Rom. moris fuit, ut qui rem divinam facturus erat, ad suam levandam culpam, se in primis reum dicere debeat, & noxæ poenitere, ac fateri admittam, vulnūque summittere, & ad omnem modestiam fingere: deinde ipse, aut publicus præco præcedens facra, Hoc age, clamitet, voceque exciter populum, ac virga turbam summoveat, quæ Commentaculum dicta est: silentiumque indicat, ne mala vox obstruat, neve quid triste auribus accipiat, & sacris favere, & intentos esse jubet: namque in deorum sacrificiis taciturnitate imprimis & intentis animis opus erat: quia si opus facientem sacerdos inter sacra vidisset, temerari, & pollui putabatur religione inexplabili. Idem cultos dabatur, qui sacra inspiceret, & alter qui linguis favere juberet. Græcis autem ad sacrificium accessurus, hoc præfatur primum, *τίς τῶνδε*, hoc est, Quis hic? Qui verò interfuit facris, referunt: *πῶς δὲ, ἔσθ' ἄριστος*, Multi & boni. Nam pollui homicidio, aut sanguine infecti humano, homineque turpissimum fordium, facris arcebantur: neve aras contingerent, aut sacrificio interessent, lege vetabatur. *Alex. l. 4. c. 17.*

Animalium preparatio, inspeccio.

Ægyptii linguam bovi extrahunt, caudæ pilos explorant, & si vel unum pilum nigrum repererint, hostiam, tamquam impuram, non admittunt. *Alex. lib. 3. c. 12.*

Græci cum victimas parant, prius tauros farina explorant, capros cineribus, capras verò frigida aqua, ne quicquam impuri deos offenderent. *Idem.*

Leçte hostiæ dicebantur, majores & uberius depasta, quæ claudæ, morbosæ, & vitiosæ non sunt, quæve fissam aurem, vel caudam aculeatam, aut linguam nigram non habent. *Ibid.*

Victimæ majores apud Rom. dum immolantur, auratis cornibus procedunt: minores, coronatæ offeruntur. *Ibid. ex Plin. lib. 33. c. 3.*

In actu. Nempè,

In genere.

Ritus sacrificandi apud Veteres talis erat. Primum lotis manibus, hostias pura aqua purgabant, fruges capitibus earum inspergentes: deinde precabantur, votaque nuncupabant, aras manibus tenentes: unde dictæ Aræ, quasi ante, teste *Varone*. Postea hostiarum tempora veçibus percutiebant, ac occidentes, membratim dividebant: ita primitias ex omnibus membris & exta collectæ, postquam farris involvisent farina, projiciebant diis in altaria, focumve, aut aras, hoc est, vasa, quæ tripodes dicebantur: postmodò succendebant, vina fundentes. *Homerus, & Halicarn. lib. 7.*

Adoratio, Gestus.

Cum adorat qui rem divinam facit, velato capite, ne avertus animus facris fiat, dexteram ad oculum ferre, & se in orbem circumagere, prout Numa instituit, necessum habet. *Alex. lib. 4. c. 17.*

Proces.

*Plutar. in locis aliquot in Symposiacis significat, antiquitus fuisse morem, ut quoties uni cupium deo res divina fieret, omnibus simul vota fierent, videlicet ne Calydonii fuis tragedia renovaretur. Invocantes autem deos, addebant hæc verba, seu solemnia, *εὐα εὐὸς ἰσὸς ἔσθ' ἄριστος*, id est, Una cum phanis, & aris. *Erasm. in Aug.**

Dicta.

Agonalibus Jano quinto Idus Januariæ mactabatur aries: dicti

A dictique Agonales dies, quòd sacerdos immolaturus, à principibus, Agonè, id est, Mactabonè, quòd verbum in solemnibus frequens usurpat. Propterea princeps gregis immolabatur ex Nume instituto. *Alex. lib. 6. c. 8.*

Maledicta.

Athenienses in festo, quod Lenæum vocant, sacrificantes fœda convitia per ritum & jocum invicem jactabant, & contumelias se lacebant. *Alex. lib. 2. c. 14.*

Eleufyniis sacris, quæ Magna dicta sunt, mulieres mutuis probris convitiisque se inceffere, & maledictis pugnare solebant. *Idem.*

Lyndii, dum sacra Herculi faciunt, maledictis ludibriisque verborum Herculi litant, junctis bobus. Si quid verò honesti probique in sacrificio prolatum dictumque fuisset, tanquam ominosum, ipse: religionis crimen erat. *Idem.*

Apud Siculos sacrum Cereri decem diebus verbis turpibus & obscenis celebrari produnt, magna verborum licentiâ, arbitrantes, ex obscenitate verborum, & jocorum lascivia Cereris luctum incremore levare, quem ex rapto filia conceperat. *Alex. lib. 6. c. 8.*

Mores.

Cum Hecatombæ, vel publica vota solvebantur, populi luctus & moror definebat. Namque in luctu vovere, erat mali auspicii detestabilis. *Alexan. lib. 3. c. 22.*

Mystica.

Tiberius Cæsar quo primum die, post excessum Augusti, curiam intravit, quasi pietati simul, ac religioni satisfactorum Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibiçine, supplicavit, ut ille olim in morte filii. *Sueton.*

Cursus.

In Græcorum monumentis adnotatum est, morem sacrificandi servatum diu, ut circumcurrerent aras, cursum atque a lavo dextroriam, zodiaci quadam imagine, cuius motio fit mundo diversa ad exortum vergens: mox verò ab dextris laevoriam procurerent, quo motu cœlum rotari manifestum. *Cælius lib. 1. A. L. c. 10.*

Verbera.

Ægyptii, immolata victima, dum sacrificium ardet, omnes se diverberant, flagris afficiunt. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17.*

Pugna.

In Aphricæ partibus, dum Minervam sacrificiis placant, sine victima, puella invicem sustibus decerant. *Alex. ab Alex. lib. 3. c. 12.*

Situs victimarum.

Veteres quando sacrificabant diis superis, victimarum colla obtorquebant, ita ut elata fronte, collum inuenerent. Hinc *Homer. Iliad. 2* inquit *ὀδὲ ἔσθ' ἄριστος*. Retrò traxerunt, obtorserunt cervicem. At si diis inferis, vel manibus, ut terram pronam inspicerent, converterebant. *Enstasius Iliad. 1.*

Perfusio victimarum.

Qui Ruminæ sacra faciunt, apud Rom. victimæ insundunt prolabamine lac, nec vinum adhibent. An quòd mannam Latini ruman vocarent, Ruminalem dicunt nominatam, pro eo quòd mannam Romulo lupa præbuit? Ut igitur Græci eas, quæ nutriti parvulus lacte, *θηρόδες* seu *θηρόδες* vocant: ita Rumenta, quæ est nutritrix, alix, & educatrix, non admittit, tanquam noxium infantibus, vinum. *Plutar. in quæst. Romanis.*

Romani fruges in caput victimæ, aut molam ex farre molito & sale, inde novum vinum, aut coctum, & macula thura inter cornua fundebant. *Alex. lib. 4. c. 17.*

Cædes victimarum.

In Scythia Marti sacrum fit, in quo victima primis pedibus ligata, ad aram sistitur, cui laqueum in collo injiciunt, ac baculo circumducto, strangulant, sine precatione, & votis. *Alex. lib. 4. c. 7.*

Divisio.

Olim victimæ pellem servabant in Pompis Eleufinis circumferendam, vel sustentendam pedibus eorum, qui piculo quoque remanebant, ad expiationem. *Erasmus in Adag.*

Græci ex cæra victimæ, nonnumquam capite & ventre excepto, cætera diis dabant, linguas verò præconibus. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17.* Callistratus tradit, olim in sacrificiis linguam excætam præconibus dari solitam. Nam aliqui sunt qui dicant, ex victimis Mercurio deberi linguam.

Inspeccio Victimæ.

Apud Romanos in sacrificiis deorum fuit pontificalis observatio, ut duobus hostiarum generibus diis sacra fiant: uno quidem in quo, cum litabatur, voluntas Dei per exta equirebatur: altero, in quo sola anima Deo consecratur, quæ hostia animalis dicta est. *Alex. lib. 3. c. 12.*

Coctio.

Eretrienfes formæ in Cerealiibus, cum victimam diis offerunt, carnis non igne coctis, sed Sole torridis vescuntur. *Alex. lib. 4. cap. 17.*

Lusitani ignitis lapidibus sacrificiales carnes coquebant. *Ibid.*

Athenienses, ut in *Floris* testatur *Philochorus*, non assant cum sacrificant, sed carnes ipsas elixant: cum deas inquant calores equalioresque abhorret. *Athen. lib. 14. c. 27.*

Comestio victimæ.

Septuaginta Beli sacerdotes sub Cyro rege, quum Belo idolo quotidie filiginis artabas xxi. oves xl. vini metretas sex proponerent, clauso inde, & obagnato templo, per occultum aditum sub ara ingrediebantur, & omnia cum suis liberis & uxoris absumebant, deum ea comedis dicentes. Ad dolus ille per Daniele, qui pavimentum cinere conspererat, in quo vestigia seniorum, & juniorum apparuerunt, detectus fuit. *Daniel. 14.*

Solis menas apud Æthiopes Macrobius tales esse memorat. Est in suburbanis pratium, omnium quadrupedum assa refertum carne, quam per noctem singuli civium magistratus proferant ponere: ad eamque, ubi illuxit, cuilibet epulum licet accedere. Hæc ipsa à terra reddi assidue, sajunt. *Herodotus lib. 3.*

Perse ex immolata victima nihil diis adolent, sola anima deos contentos esse rati. *Alex. lib. 4. c. 17.*

Æginesium, qui ad bellum Trojanum profecti fuerant multi perierant in pugna, plures tempestas abhorret. Paucos igitur, qui domum incolentes redierunt, quum reciperent cognati, videntes, reliquos cives ob desiderium suorum in luctu ac morore versari, non arbitrati finem convenire, ut vel palam latitiam suam declarent, vel diis ob eorum salutem rem divinam facerent: sed fatis quique, quos incolentes receperant domi clam, convivis & gratulationibus excipiebant, filii ministrantes patribus, cognati fratribus, ac necessariis, neminem alienum admittentes. Hoc imitantes Ægines, quum Neptuno sacrificant, dies sexdecim gestantes Thyalos, quos vocant, clam apud se convivia celebrant, neque serorum quicquam adesse sinitur: mox Veneri sacrificantes festum solvunt. Itaque qui sic sacrificabant, *εὐνοσπῆται*, dicebantur. *Erasm. in Adag.*

Græci satis habebant femora hostiæ in duo frusta concilia igni subicere, ut ex his holocaustum fieret, visceribusque super prunas assis, pro jentaculo, mox carnis veru decoctis discumbentes vesci. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17.*

Delphis moris est, ut immolantes victimam, exclusis carteris, vescantur, ad quam extraneos admittere nefas erat. *Ibidem.*

In sacris Hecates, qui sacrum faciunt, ii de sacrificio vesci non permittebantur. *Idem.*

Thyleta in Asia, & Archivi, ossa victimæ tantum in ignem mittunt, & comburunt, ipsi autem vescantur carnis. *Alex. ab Alex. lib. 4. c. 17.*

In Larum sacris id custoditur, ut libertini sacerdotes sint, qui Augustales dicti, nihilque de sacrificio extra ades mittant foras, sed intra domesticos Lares omnia absumant. *H.*

Absectio.

Ægyptii sacerdotes, immolata victima, caput abscindunt, illudque diris carminibus execrati, in flumen dejiciunt, cum precatione solemnî, ut si quid adversi eventurum foret, in caput illud redundaret. *Alex. l. 4. c. 17.*

Pastorius Afrî, ubi pro primitiis aurem pecudis præciderunt eam supra domum abjiciunt: hoc acto, cervicem ejus avertunt. *Herodot. lib. 4.*

Quæcumque diis immolarentur fœderum causa, ea nemo cibi causa attingebat: sed iniqui quidem suas victimas humis desodiabant, peregrini vero in mare abiciebant. *Enstasius in Iliade.*

Exussio.

Scriptis Callistratus linguas victimarum solitas fuisse Mercurio in sacris offerri, ut testatur etiam in his: *γλώσσας δὲ ἐπὶ πύργῳ βάζον*, Linguas in ignes jecerunt. Erat autem ultima pars sacrificiorum, & finis, cum linguas in ignem jacerent. *Quam*